



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio  
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Dionysius Carthusianus ibidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

DIONYSIVS CARTHU-  
sianus.

**D**IONYSIVS Carthusianus doctrina iuxta, ac pietate insignis quatuor libros de laudibus virginis edidit, & in lib. I. art. 3. ad Virginis deuotionem omnes hortatur his verbis: *Totis, inquit, viribus laudemus, ac veneremur diligamus, ac vereamur praestantissimam Dei matrem; cumq; hoc ipsum egerimus, & recognoscamus nos nihil egisse condignum, nec beneficijs eius posse idoneam rependere vicem.* hæc Dionysius. qui tum in Commentarijs in Cantica canticorum: quorum singula capita peculiaribus enarrationibus, quas articulos vocat, de Christo, ac Deipara, quam singularem sponsam singulariter vnicâ, atq; ineffabiliter prædilectâ sponsi cœlestis appellat; piè, ac doctè interpretatur: tum etiâ in alijs compluribus suæ doctrinæ, quæ elaborauit monumentis, vbiq; præclaræ, qua in Deiparam flagrabat, pietatis vestigia reliquit: eius enim dignitatem, atque præstantiam aptissimis diuinoꝝ oraculoꝝ testimonijs, firmisque rationibus mirificè extollit ac prædicat, omnesq; ad



ad eiusdem studium, & amorem excitat,  
atque inflammat.

XXI.

B. IGNATIVS LOYOLA SO-  
cietatis Iesu fundator, eiusdemque  
Societatis in Deiparam  
pietas.

19 **S**ED iam ad recentiorū, qui insigni *Recentio-*  
erga Virginē, pietate nostra ætate *rum exem-*  
claruerunt, exempla transeamus; quæ ut *pla pieta-*  
nō solum certissimis sunt explorata do- *tu in Vir-*  
cumentis: sed nostro etiam maximè se- *ginem.*  
culo perfecta, ita alios ad hanc pietatem  
propius poterunt inflammare. Et quo-  
niam nostra etiam Societas Iesu dome-  
stica exempla suppeditat eorum, qui ad-  
dicti in primis sanctissimæ Virgini fue-  
runt, ea tacita præteriri vniuersa non  
pariar, sed omissis alijs in hac pietate  
præclaris, quinque tantūm recensebo,  
beatum nimirū Ignatium Loyolam  
nostræ Societatis parentē, B. Franciscum  
Xauerium, B. Consaluum Sylueiram  
martyrem, B. Stanislaum Kostka, & B.  
Aloysium Gonsagan. De quibus hoc eo-  
dem ordine nonnulla, quibus eorum er-  
ga Virginem studium declaratur, ali-  
quanto fortasse vberius narrare consi-  
lium est; id quod communis mihi cum